

Universitätsbibliothek Paderborn

Marii Mercatoris S. Augustino Æqualis Opera Quæcumque Extant

[Complectens Ea Quæ Ad Hæresim Nestorianam Spectant]

Marius <Mercator>

Parisiis, 1673

Caput III. De tribus haereticis Ario, Apollinari, & Eunomio, quorum societas per calumniam a Nestorio catholicos objecta est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14215

fatebatur: negabant, jam inde a conceputu hominis, unionem extitisse, affirmabat Nestorius: negabant Virginem esse *Xερτούς*, contendebat Nestorius: Quid multa aperis illi verbis Christum simplicem hominem profitebantur, non profitebatur Nestorius; sed recipia *ιωνας καὶ οὐδὲν* non admittebat, in quo cum illis continebat. Illos ergo Socrati, cum quartum, duodecimumque sermonem haberet, magnamque sibi esse a Paulo Photinoque distantiam diceret: dicentes enim creditit, ignarus fraudis detegendae, & mysterii penitus intelligendi.

Quam leviter
hic in re Dio-
dori & Theo-
dori auctori-
tas.

Lib. 1. contra
Synesijan.

ibidem.

Diodorus vero Tarsi, Theodorumque Mo-
puestas adhibere teles, quibus recta Nestorit
ides probetur, quid aliud tandem est, quam
aliquem velle purum criminis ostendere, pro-
ducendo socios, aut etiam duces? Nam virum
que Nestorii institutorem, viciniorem hunc, il-
lum remotorem, Cyrus prodidit, damnavit
Ecclesia: neque villame de duobus fatis unquam
Facundus, quantumcumque nuntiat, absolvitur,
cum suis se quoque verbis ambo, & prodant,
& damnant. Quid enim hic Diodori sententia
magis hereticus? Ne filius Maria putetur
Deus Verbum: moralis enim mortale generat
secundum naturam: & corpus generat coniunctio-
nale: & duas generationes Deus Verbum non
sustinet, unam ante secula, alteram posterioribus
temporibus. Quid ista impudentius? Perfectus
ante secula filius perfectum, quod ex David,
assumptus: Filius Dei filium David. Dices mihi:
Duos igitur filios predicas? Duos filios David
non dico: non enim dixi Deum Verbum filium
David: sed neque duos filios Dei secundum sub-
stantiam: nec enim dico duos ex substantia Dei.
eum dico. Denique Verbum ante secula, habi-
as in genito ex semine David.

Hac verba excipit Theodorus in libris
suis de Incarnatione; eadem enim ibi leguntur,
quibus addit: Non sic in eo, qui est ex semine
David, sicut in prophetis, habivit Deus Ver-
bum. Illi enim, particulari quadam & modica
quantitate, sancti Spiritus gratia fruebantur; bis
autem in his, in quibus interdum erent illi, ju-
giter permanebat. Gloria Verbi ac sapientia re-
plebatur, alter procul dubio propter Verbum, &
substantis proprii Filii, ac scorum: non enim
Verbum semetipsa sapientia replebat & gloria,
sed alteri potius bac, que sunt insignia, confe-
rebat.

His ita demonstratis, quis non miretur Al-
bertini, & Symmystarum, sed Albertini magis tur de confessione
librorum hellenorum, audaciam, qui contra ter-
ritum concilium generale, cuius auctoritatem in primis Alber-
tinus Calvus
ta, contra confessionem Calviniani ipsi recipiunt, cu-
jusque iudicium duodecim faculorum reveren-
tia probavit; contra Patres quinti, id est, erudi-
ti saculi, ac praeciarissima totius Ecclesie lu-
mina; contra piorum omnium Christi cultorum
fidem, Nestorium Ecclesie fulminibus atritum,
Patrum disputationibus convictum, omnibus
deinceps facilius execrabilem, omnibus Christi
amatoribus abominatum defendunt: Qui purum
erroris assentur, quem portentosae doctrine du-
cem leges loquuntur; quem Imperatores, ne suo
quidem nomine dignum putarent; quem sua
ipsius conscientia reum orbis commoti damna-
vit, cuius linguam natura, domini sui index,
descendit, veribus ante mortem dedit. Ad
id impudentiae profecto, quantumvis diffimulare
concentur aliqui, adegit, quod vnu typis man-
davit, male feriatis homines professum in
Decipere nomen odium.

CAPUT III.

De tribus hereticis Ario, Apollinari, & Eunomio, quorum societas per
calumniam a Nestorio catholicis objecta est.

Questionis
institutae ra-
tio.



UAMVIS ex precedentibus
capitibus aperte pateat mens sen-
tientiae Nestorii de dispensa-
tione dominica; manifestior ta-
men adhuc clariorque evaderet,
si parfecta fuerit causa, cut
tam vehementer Nestorius in Cyillum, Cyril-
ique sectatores catholicos invenitus sit. Ea ve-
ro causa fuit, nisi fallor, species affinitatis inter
opinionem catholicam, atque Arianam & Apol-
linarianam; & ea quidem tanta, ut alterius
ab altera different, non potuerit, nisi perspic-
cibus oculis in fidei lumine dignoscet.

Cum enim *κύριος θεός* duæ sint species, vna
difficilis intellectu, qua duæ naturæ copulan-
tur in unitatem solius hypothesis; altera notis-
fima, qua duo junguntur in unitatem etiam
naturæ, ut anima & corpus; vñam est Nestorio
aliisque, a nemine defendi posse ullam *ένσημα*
ενολόγιον, nisi quam secundi modi esse diximus.
Ex qua cum absurdâ plurima impiaque sequan-
tur, inde facile in odium vulgi adducabantur,
qui primi generis unionem tuebantur. Nec enim
ab Ario arque Apollinari facile discerni poter-
ant, & illi tamen duo omnibus communite-
ratis exsistunt.

Atque haec causa fuit, cur Cyrillo Nestorius
aliique unionem *κύριος θεός* defendantibus fo-
cierat cum Ario, Apollinari, Eunomioque Nestorio ca-
objiceret, catholicosque nomine hereticorum
traduceret. Expedit igitur de singulis tribus
itis hereticis nonnihil obserbare, ut sententia
Nestorii de mysterio Incarnationis, & ejusdem
in catholicos calumniam magis magisque rete-
gatur. Tanto enim apertius homo nequam prodi-
mentem, quanto vehementius alienam senten-
tiam, vel hereticos, vel faltem erroris damnat.

§. I. De Ario atque Arianis.

TRADITUM est a veteribus, capita duo
excipiisse Arianæ impietatis de Verbo di-
vinis: alterum, quod Patre minus, crearenumque
ex de Verbo
divino.
Istud omitebant Arianæ, cum de Trinitate age-
rent; illud, cum de Incarnatione: utrumque
tamen connexum erat, ut mox patcher. De
posteriori Athanasius in libro de adventu Christi.

Posterioribus probarum ex Atanasio. Lib. de adven- tu Christi. Lib. de Incar- Christi.

Arius, inquit, carnem solam ad occidentandam divinitatem facetus; ac pro nostro interiori homine, hoc est, pro anima Verbum in carne ait exiisse. passionis sensum & resurrectionem ab inferis divinitati auctor afferere. Et alio in loco: *Frustra igitur Ariani sibi somnia fingunt, afferentes Salvatorem solam assumptam carnem: ita ut passionis sensum impie transfrant ad impavidum despatem.*

Et ex aliis Patribus. *Har. 69.* num. 49. & Lib. de her. fab. cap. 11.

Idem de Arii sectariis docet Epiphanius in corum hæresi & in summa, ut Augustinus refert, tum Gregorii duo, Nazianzenus epistola 1. ad Cledonium, & Nyssenus libro 1. contra Eunomium; Cyrillus item Alexandrinus in epistola apologetica ad Acacium Melitenum. Theodoretus Arium & Eunomium scribit putasse; assumptum esse corpus, divinitatem vero anime partes obiisse.

Non ab Ario, sed a sectariis inventum.

Propter duo prajudicia.

Venerunt potro Ariani in hanc mentem, partim propter prajudicia quædam, sive sua de Verbo, sive communia de homine & anima; partim quoniam sibi videbantur, hac hypothesis data, facile explicare, quæcumque de Christo fides Ecclesiæ teneret adversus Photinum, cuius ætate natum reor Ariorum hoc signum.

Cum enim ea tempestate quereretur, an Christus esset simplex homo, in quo habaret Verbum, & quomodo Verbum habitat in homine, an operatione tantum, vt Spiritus sanctus in iustis: an etiam *omnes sancti*, qua proprie diceretur Verbum caro factum, & non carnis solus habitat. Qui Photino meram inhabitacionem inducenti restiterunt, pars tenuerunt se in modum, vt catholici; pars excellerunt, vt Ariani atque Apollinaristi. Omnes enim, cum unione substantiam sibi defendendam videntur, si modo vellent proprio sensu Evangelizæ verba sumere; cumque duas intelligenter esse unionis substantia species, quas antea exposuimus. Catholici sola hypostatica contenti sunt; Ariani majoriter voluerunt, qualis nemp̄ intercedit inter animam & corpus: quare Verbum dixerunt, in Christo ex tribus cari, que solet anima, vitam scilicet, motum, & sensum.

Quomodo ag- gomentati A- riiani. *Har. 69.* Lib. 1. phys.

Si qua vero fides Epiphanius, & auctori dialogi contra Apollinaristas, quem alii Athanasio, alii Maximo martyri suppulerunt: videntur argumentati hac in parte, quo fere modo Aristoteles solebat in rebus physicis. Id quod nunc agitur, ita potuit, & omnino & bene fieri; alter neque bene fieri potuit, neque omnino: ita ergo contigit.

Potuisse vero fieri, vt ea ratione Verbum caro fieret, id est homo, inde conficiebant, quod homo sit anima viens corpore, quodque mens qualibet creati converti possit in animam, id infundi in corpus, arque homo fieri. Cum ego Verbum dicentes unam esse de mensibus creatis, ipsum contendebant potuisse unius carni instans anima, arque ita hominem fieri.

Primum principium, id est, definitionem

hominis, veluti concessam accipiebant ex perulgata tunc temporis Platonicorum doctrina: alterum mutabantur ab Origene, cuius erant propago quadam: tertium sibi proprium vindicabant.

Jam vero bel'e omnia constare, si ea ratio vulgata tunc temporis Platonicorum doctrina: alterum mutabantur ab Origene, cuius erant propago quadam: tertium sibi proprium vindicabant.

Decem inde Verbum factum caro dicatur, probabant consecratio exemplo communis eiusque hominis, cuius anima corpori infusa sit homo: huic enim ratione connexum erat.

I. Ut Christus non sit homo, qualis quisque nostrum, sed vere Deus utens corpore assumpto perinde ac anima suo.

II. Ut beata Virgo tam vere appelletur Mater, quam *divitioribus* quelibet alia, que hominem peperit bona.

III. Ut Incarnatio non sit unio utriusque naturæ genæ tantum, qualis inter conjuges; sed eveni potius, & *similiter*, cujusmodi inter animam & corpus.

IV. Ut in Christo duæ sint quidem naturæ, sicut in nobis; sed unica tamen existat ambarum hypothesis, more pateti nostri.

V. Ut non alias sit qui ex Patre Filius, alius qui ex matre; sed unus & idem ex uteroque; neque enim in nobis alius homo est, qui creatur a Deo; alius, qui procreatus a parentibus.

VI. Ut duæ fuerint unius Verbi divini nativitates; altera æxtra ex Patre, altera temporalis ex matre: quo etiam modo contingit, duas existere nativitates cujuscumque hominis; unam ex Deo, qua creatur mens, & quidem ante æcula, si credimus Origeni; alteram, qua procreatur homo, definito tempore.

VII. Ut neque Verbum dici possit Christi dominus, neque Christus Spiritu sancto minor.

VIII. Ut tam vere proprieque Deus assertur natus, passus, mortuus, &c. quam vere dicuntur nasci, pati, singuli quique homines.

IX. Ut denique, & caro Christi deificata fuerit, & Verbum incarnatum. Quid reliqua persequar, uno suis exemplo communis hominis manifesta?

Huic vero doctrina consequens erat, vt Verbum cum incarnaretur, & conversum sit in animam, & carnem mixtum, & patibile effectum; sic enim mens cum incarnatur & homo fit, ab Origene isti dicebatur in animam converti, misericordia corporis, & passionis obnoxia fieri, ac omnes hominis appellations suscipere.

Quod autem alter non potuerit totum Incarnationis negotium peragi, ex eo videbantur sibi confidere, quod duplex tantum superest rei expedienda modus: alter a Samotrenio assertus, quæ unio pure *spiritus*, seu moralis; alter Photino a quibusdam tributus, quæ unio hypothetica quidem, non qua tamen homo hypothesis Verbi, sed qua Verbum hypothetici hominis substitueret, quippe per se *divisus*, & prolatum dampnaxat. Neutrum vero admitti posse, non tantum communis Ecclesiæ fides adversus utrumque hereticum evincerebat, sed etiam synodi Antiochenæ duæ contra Samotrenium, Sirmiensisque gemina, alaque contra Photinum definierant.

Urgebant deinde acriter Evangelizæ dictum, Verbum caro factum est: tum perulgatum illud, quorū anima ubi Verbum adest, & quidem *enitens* unum; denique Apollinaristarum rationes, sive quas Cyrilus referit, sive quæ plurimi coacervantur in dialogo iv. & v. de Tri-

ppij

Aliter fieri non posse.

Confirmatur testimonio

Evangelizæ,

aque multi-

plici ratione,

& vulgaris

axiomate.

odoratus in his im ibi legamus, qui ex frumentis, ita deus Ven. adam & medica fruebannus, & erant illi, ac sapientia n. sum: non em lebas & gloria, cognoscere.

de mirem Al. Corin- tui contra tec- uocantem in p. ecipiunt, cu- r. id est, tra- is Ecclesiæ lu- cibus atrium, m, omnibus nibus Christi t: Qui purum doctrine do- tores, ne suo t: i. quem sua noti damna- i sui vindic- in dedit. Ad t: diffundolare typis man- ofellum in

Nestorius His tri- tibus fo- cebet omni- que Nestorius & titorum lumen is tribus intentia ejusdem reteg- i prodit senten- matur.

a duo deo apia o divi- hæc est, amque na de Tebe fuisse. te age- imque De Christi.

*Lib. de rebus
fate ad Theod.
cap. 17.*

*Arianorum
error circum
Incarneatio-
nem or-
tus ex alio
circa Trinit-
atem.*

*Cyrillus
venit in su-
spicionem
confessoris.
cum Arianis.*

*Quam tollere
vix potuit.*

*Componitur
Arianorum
doctrina cum
anathemati-
mis Cyrilli.*

I.

II.

III.

IV.

V.

VI.

VII.

nitate, inter Athanassi opera.

*Atque hæc fuit Arianorum hæresis de Incarna-
tione, orta ex altera de Trinitate, qua cum Ver-
bum dicerent mentem creaturarum primam,
idoneum faciebant, quod laberetur in corpore,
& fieret anima.*

*Fuisse hujus hæresis nomine suspectum
Orientalibus Cyrrillum, nemo forte mira-
bitur, qui apud se perpendit; vel tempora-
rum conditionem, quibus latebat adhuc Incar-
nationis mysterium suis omnibus tenebris in-
volutum; vel suscipiantum affectionem, quos
livor verbat. Nam vno nō & vno & vno
quam Cyrrillus catholice defendebat, eadem
qua Arianæ hæresi, & conē pueria, & pugna-
tia videbantur, istis præsentim hominibus, quos
partim invidia commoverat, partim falso na-
verat velenus amor sui Nestori.*

*Ita porro alte infederat ipsorum animis istac
stipicio, vt quamvis Cyrrilus nullam preter-
miseric occasionem, sive Ario anathema dicen-
di, sive conversationem Verbi confusioneque
ac mixtionem oppugnandi, sive affirmante
docendi totam humanitatem, ipsamque adeo
animam, assumptam esse, vix tamen vngu-
facere sibi fidem potuerit; immo coactus in ali-
quando, cum pax Ecclesiarum iniretur, de suis
anathematis, tanquam discordia causis, si' e're-
visque adeo disertum virtuifque sententia ob-
scurum tunc erat, nec nisi oculatissimis quibus
que perspicuum.*

*Id vero vt constet, non temere me asserti,
opere pretium est Arianorum doctrinam cum
singulis anathematis Cyrilli componere.*

*Dicebat in primo Cyrrillus, Emanueli esse
Deum *τὸν Ιησοῦν*: quam vocem interpretatur
ipse alias, natura Deum. Hæc ipsa vox erat
Arianorum, Emanuel tam vere natura
Deum esse, quam qui que nostrum homo. Ad-
debat Cyrrilus, idcirco beatam Virginem esse
Θεοτόκον. Inclamabant & istud idem Ariani, idque
Proclo Cyriollo Neftorius sepe objecit.*

*Docebat in secundo, Dei Patris Verbum
carnis *τὸν Ιησοῦν*, vnumque cum sua carne
esse Christum. His ipsis verbis suam Ariani
mentem exponebat, cum vterentur exemplo
animæ, que cum suo corpore unus est homo.
In tertio, anathema intorquetur in eum, qui
non fatigatur Verbi & carnis *τὸν Ιησοῦν*. Totum
vitum Ariani doctrinæ continebat hæc voca-
bus duabus, *τὸν Ιησοῦν*, cuiusmodi nempe ani-
mæ & corporis viri.*

*Verabat in quarto, ne quis voces, que de
Christo passim in scripturis sacra occurrunt, tum
ab ipso Christo, tum ab Apostolo dicit, duabus
hypostasiis patiuntur. Verabat dipinunt Ari-
ani, suo rufum homini's exemplo abusi.*

*In quinto, edicebat, Verbum, cum ero
factum est, perinde ac nos cari & sanguiniscom-
municasse. Nihil aliud dicitabant Ariani, imo
totius hæresis brevis et hoc explicanda*

*In sexto, Dicitur Verbum negabat esse Christi
dominum. Id negabant Ariani, nec negabant
tantum, sed etiam curiducerent, causam perspi-
cuam afferebant: quia nempe Verbum carni
vnitum non a iesu est Christus, quam quo-
modo anima in sua corpori est homo. Nullus
autem propriè dicitur sui dominus.*

*In septimo abnebant pariter, Verbum in Christo
ope ari velut in homine, qui non sit ip-
sum Verbum. Abnebant istud quoque Ari-
ani, cum dicerent, Verbum perinde esse hunc*

*hominem, qui Jesus Christus, atque ani-
ma est homo aliquis, exempli gratia, Petrus.*

*Prohibebat in octavo dici, assumptionem ho-
minem adorari cum Verbo, quasi duo sint ade-
randi, homo & Verbum; ne quaternitas,
quod alibi caufatur, pro trinitate induceret.
Istud ipsum verabant Ariani propere cam-
dem, quam primi invenerunt, caufam.*

*Prohibebat etiam in nono, ne quis afficeret,
Christum Spiritus sancti virtute velut aliena,
adjuvari; quippe cum Spiritus sanctus in Filio
procedat, Christus sit ille ipse Filius aeternus
Dei, a quo Spiritus procedit. Prohibebant
id pariter Ariani, & quidem eadem de causa,
cum Spiritus sanctum afficerent a Patre per Fi-
lium creari.*

*Anathematis consequentes duo, quorum
prior ad eum pertinebat, qui diffitebatur,
Verbum incarnatione factum esse pontificem*

*& apostolum confessionis nostræ, lege pronon-
bis, non item pro se ipso, obtulisse Patri: po-
terior ad eum, qui carnem Domini vivificat,
id est, qui dat vitam mundo, negaret esse Ver-
bi propriam, quoniam Procli defendendi cau-
sa conditi sunt; eam doctrinam continent,
quam etiæ iisdem verbis apud Arianos expref-
sam legere me non memini, ex Arianorum ta-
men principiis effici posse apertum est. Nam
si Verbum est pro anima, qua exiit homo
Jesus Christus, fateri oportet procul
dubio, quilibet Christi officia, arqueita sacer-
dotium & apostolatum convenire Verbo. Opor-
ter pariter concludere, Verbum scipium Patri
obtulisse pro nobis, suamque, quam anima-
ret carnem, fecisse panem vivificum, qui in
sacra mensa proponitur.*

*Postremus tandem de Verbo Dei passo, cru-
cifixo, mortuo, & primogenito ex mortuis, vt
omnium maxime animos neflorizantium offendit,
ita vita est, non affinis tantum, sed
idem aque Arianorum hæresis, visusque proin-
dum auctio Arianorum hæresis, visusque proin-
dum auctio Niceno proscriptus, qua parte
dicitur anathema afferenti, Filium Dei esse
mutationi & alterationi obnoxium.*

*Hæc & alia Cyrrillum satius vocabant in su-
spicionem confessionis cum Arianis: suspicio-
nem tamen augebant duo, magna postmodum
futura contentiois lemnia.*

*Alterum, quod Cyrrillus sepe vocem *πάτερ*
pro *τέκνον* ponere: vnde cum vnicam in
Christo hypostasiem predicaret, vnicam vide-
batur natum in Christo agnoscere. Id vero
intelligi vix ac ne vix quidem poterat, sine
Arianorum commento de Verbo animæ lo-
cum tenente.*

*Alterum, quod aperte diceret, vnam esse
post *τέκνον* Verbi incarnati naturam: que sen-
tentia, vt erat per se obscurior, ita facile ab
hominibus male in Cyrrillum affectis, pejorem
in partem accipiebatur.*

*Ariani porro hæresis oppugnata est argumen-
tis præsentim quatuor.*

*I. Quod Verbum sit ejusdem cum Patre es-
tentia, atque *τέκνον* *Ων*, quem Ariani fateban-
tur propter excellentiam essentiae esse *τέκνον*,
πάτερ, atque ita deprimi non posse ad
conditionem animæ carnem informantis.*

*II. Quod in Evangelio Christus meminerit ani-
mæ sue, qua aliquando conturbatus sit ac tri-
fuis ad mortem, quamque ipse posuerit, atque
sterum pro arbitrio sumperit.*

*III. Quod nisi Verbum mentem quoque ho-
minis sumpserit, totum utique hominem non*

*Quæ doce-
gebant adhuc
suspicionem.*

*Ariana que-
tuor præfer-
tim argumen-
tis oppugnata.*

IL

III.

DE HERESI ET LIBRIS NESTORII. 301

salvasset : salvavit enim id unum quod assumpsit ; & eam partem praecepit debuit sanandam suscipere, in qua radix erat mali, quod pectatum.

IV. Quod obedientia Christus non fuisse mortuus, nec morte meritus quidquam pro hominibus, nec proinde ipsorum mediator apud Deum. Hec enim tria ei soli convenient, qui rationalis simul & inferior fuerit.

§. De Apollinario atque Apollinaristis.

In quo Apollinaris cum Ariani conveniebat & pugnabat.

NON parva fuit Apollinaris cum Ariani, doctrinae affinitas: in eo tamen pugna erat, quod cum nullam Arianum animam Christo praeter Verbum tribuerent, Apollinaris eam concesserit, qua corpus vigeret, moveretur & sentiret. Solius ergo mentis vices a Verbo expleri afferbat, ex quo uno discrimine originem plura duerunt, de quibus tamen non prius agendum videret, quam de ipso Apollinaris observata fuerint nonnulla, que causa incredibiliter obsecurae aliquid forte lucis afferant.

Duo fuerunt Apollinaris, pater & filius: ille cum Alexandria Laodicam migrasset, istum suscepit, qui perinde ac pater rhetoricae rotum atque sophisticae se dedit: utique Laodicensis Ecclesiae inservivit, pater in presbyterorum gradu, filius vi lector; quo tempore ha-remit fecerunt, si credimus Socrati.

Soli filii celebre admodum nomen extitit, de quo tamen pugnaciam tradidit veteres, alii in laudes, alii in convicia effusit.

Laodicenorum Episcopum fuisse scribit Hieronymus, Antiochenum Theodoretes. Heresim fecisse narrat Socrates, cum lector esset, propter impotentiam animi, vitionem meditantis de Georgio episcopo, a quo abhentus fuisse: incidisse in errorem praecocitatem, cum episcopatum teneret, Epiphanius. Abventionis a Georgio causam refudit Socrates in nimiam cum gentili philosopho conlectudinem: contendit Sozomenus id contigisse, quod cum Athanasio Laodicea transiit communicasset.

Innumerabilis scriptissime volumina adversus Arianos, Eunomianos & Origenistas, auctor est Theophilus atque etiam Hieronymus: confessionis cum ejusmodi hereticis Nazianzenus accusat. Reum Sabellianorum impietatis faciunt Basilios & Theodoretus: purum Vincentius Lirinensis & Leontius Scholasticus. Veteres quidam docuisse ferunt tria vehementer aliena a fide. Primum, quod Verbum non assumperit ex Maria carnem, sed ex celo attulerit. Alterum, quod divinitas Verbi, sin minus tota, saltet ex parte, conversa sit in carnem. Postremum, quod mille anni post iudicium regnaturi sint in terra sancti cum Christo, ac tandem aliquando extirta a Origeniana ~~adversariis~~. Hec & alia ejusmodi portenta magis opinionum quam dogmata, a discipulis excogitata contendit Epiphanius, magistrumque, ut sit, discipulorum invidia laborat. Sed quid ego plura non minus istis pugnatio perfleguant?

In tanta auctorum dissensione, quam peperit, sive scribentium affectus, quod non incredibile; sive rei perplexitas, quod satius sentire: malum ego adhærere Epiphanius, atque Lirinensis: qui etiā defelit hominem, quem vehementer laudant, infelicem casum, unum ipsi tamen errorem, eumque gravissimum, objiciunt, quod Verbum docuerit pro mente extitisse in Christo, hoc pars in hoc bello se emitor.

extera homini nobis simili.

Hanc in opinionem venit, si non pluribus, Crux prima saltem tribus de causis. Primam refut Merator in dissertatione de duodecimo anathematismo Nestorii, ubi postquam angelorum corporalium specie aliquando visorum mentionem fecit, negavitque facile & temere quidquam affirmandum, ubi queritur, virum tanum corpora ab his suscepit sint, in quibus illi spiritus pro tempore habitando, animalium rationalium ministerium impluerint: an animata corpora, vatum more, extrinsecus inspiraverint. Pergit in hæc verba: *Quæ presumpta incerta tangunt certa.* & Num. 25.

Scripturis minime expressa opinio. Apollinaris Laodicenus, & postea Ariano, (non autem ipsum Arium) & Eunomium quoque, & ultimum Macedonium forte decepit; ut hinc sentirent & pronuntiarent, Christum Dei Filium corpus tantum hominis, non etiam animam suscepisse pro anima autem Dei Filium Verbum Patri in illo suscepisse corpore habuisse. Epistola: *Quam-* Num. 27, *vñ postea Apollinaris in pejus velut emendans, animatus quidem fuisse in Christo confessus est, rationem autem seu mestem in eo hominis, non fuisse, sed pro ea Deum Dei Filium extitisse, cum impietate deliravit.*

Alteram tradit Nemesius: *Quidam, e quibus est Plotinus, aliud esse animam, & aliud mentem Causa altera. In libro deca- statuentes, ex tribus constare volunt hominem, e tuta homini. corpore, anima & mente. Hos sentit est. Apol-*

linaris Laodicei episcopus: hoc enim iacto funda-

tamento sententia sua, reliqua dogmatis suo con-

tante superstruxit.

Tertiam quartamque indicat Cyrus in libro de rebus fidei ad Theodosium; nam post fidem catholicam de unitate Christi adversus Photium expofitam, de Apollinari subjungit: *Ipsi quoque unum solum Christianum aperi constituerunt, & unum Emmanuel in duos divellere, tanquam rem summa cum impietate conjunctam, summopere exercrantur; sed Verbum interim carni, que humana, hoc est, ratione predita, anima exuta definitaque sit, unitum pradicant: & cur istuc predicare debeant, rationem admodum plau-*

sibilem compreseris se autumant. Alii enim, que

ad unius perfecti constitucionem per compositionem

concurrunt, ea partes esse, & imperfectorum ra-

tiones obtinere: nam quod perfectum est per se,

atque ut in propria natura, non opus habet, ut

ad partiale compositionem veniat; atque ideo

cavendum esse sedulo, ne templum, quod Verbo

unitum est, perfectum hominem extitisse conce-

dentes, exactam illam unius rationem, que in

Christo accidisse dignoscatur, meritis calumnia ex-

ponamus. Quin & illud quoque buc adjecturos

sufficere, nempe, si ex homine perfecto, & Dei

Patris Verbo Emmanuel coaluisse dicamus, in

illud nos & magnum, & plane inevitabile pe-

riulum venire: ut vel invisi duos Chri-

stos, & duos itidem filios tenere & profiri cog-

atur. Plures alias rationes referunt auctor dialo-

gi quarti quintique de Trinitate, inter opera

Athanasi.

De tota hac heresi nihil melius asserti potest, quam col' oquin ab Epiphanio habitum Antiochiae cum Vitali Apollinaris discipulo, cum v'lle ipsum Paulipumque, ambos ejusdem verbis tunc Episcopos, de fide pugnantes in concordiam revocare. Narrat vero, te accepisti a Paulino quidem libellum fidei Athanasi manu, co rectum; Vitalem vero interrogat hunc in modum: *Christianum propriæ carnem*

Pp. iii

Plures alii in
iv. & v. dia-
logo de Trini-
tate.
Colloquium
Epiphanius
cum Apollinari-
sta, quo
deregitorvera
Apollinaris
heresis.

H. 77. qua assumpſſe profiteris? Profiteror, inquit. Eamdem de Maria Virgine sine virili ſau, ac per Spiritum ſanctum accepit? Ne iſtud quidem inficiat eſt. Virum proprium Deum Verbum Deique Filium exiſtias & celo descendenter, carnem ſumpſſe de Virgine? Magna ille cum gravitate affiſſa eſt. Iterum a nobis interrogatus, num & animam indiſem accepit? Ille parat gravitate ac confitam accepit fuisse eſt: neque aliter aſſe endum, ſed in omnibus, quod verum eſt, pronuntiandum eſſe dixit. Igitur Vitalis bu-
matianus a Chriſto animam ſiſceptam eſſe confeſſa eſt. Sic enim aiebat: Omnino perfectus homo Chriſtus extitit. Deinde poſquam de anima & carne fecitati ſumus, tum acnum iſtud ab eo queſti⁹ muſ: Mentre⁹ Chriſtus Dominus accepit? Sine olla contradictione negavit. Tam nos ex ad-
verſo. Quinam igitur perfectum illum hominem fuiffe cenſes? Ad hac illę intimus animi ſui cenſiuſ nobis aperuit. Et eadem, inquit, perfellum hominem fuiffe dicimus, ſi diuinitatem illi loco-
mentis aſcribamus, & carnem aueq; animam ad-
jungamus; ſic ut perfectus homo ex carne, anima,
divinitate, que ſit mentis inſtit, exiſtat.

Apollinaris
medium lo-
cum tenere
voluit inter
catholicos &
Arianos.
Schol. cap.
ultime.

Quatenus
cum Arianis
conſentire, &
pugnare,

Quomodo
decinquaret ar-
gumenta,
quibus A-
rianis pe-
bantur.

Aristotelem
Platonon lo-
ciavat.

Solutions
quaerunt que
ſtronum con-
firmanter que
dicta ſunt.

i. Cor tam
nvidioſe

iracunde, obiectus ſit Cyrillo cum Apollinari conſenſus. Id factum reor tribus de canis. Pri-
mo, propter ambiguum Apollinarianae & ca-
tholice doctrine a Cyrillo defenſe diſcrem, com. Apoli-
timopoli Apollinaristarum ſecta incredibiliter
exofa erat, ſive propter absurdas, que ipſis
tribuebantur, opinione, ſive ob latam a
Theodosio, Nestorii impulſu, recens adverſus
omnes heretēs legem, cujus in fronte, ad ma-
jorem infamiam, Arianorum, Macedonianorum,
& Apollinarianorum nomen inſcribitur,
quibus hoc eſſe dicunt facinus, quod nocens
meditatione decepti, crederent de veritatis fame
mendacia, ideoque intra eam civitatem Eccle-
ſiam habere interdictum: id erat jamdudum a
Theodosio magno Arcadioque prohibutum.
Denique, quod Apollinariſis nomen ab omni-
bus pīs, & a probatissimis quibusque Episco-
pis, invidiosum reddi ſoleret, ne, ut erat im-
mense auctoritatis, orbem, quod ait ille, tra-
heret in ſuas partes.

II. Cur tam invidiosum evalerit Apollinariſis
nomen, viri ceteroquin nobilis, qui pro fide
exilium ab Arianis paſſus eſſet, quemque
tribus probatissimum Epiphanius, libris editis
celebratissimum Hieronymus, magiſtrum orbis
Victorius Lirinenſis appellaverit? Apollinarem
puto, quod tradit Epiphanius, non tam ſua, Loco ſapientia
quam diſcipulorum invidia laboraffe; idque
expertum, quod ſolem magiſtri, alias non in-
culpabiles, in quoſ debitorum pejoribus diſ-
cipulis odium vulgus effundit.

Quanquam magna procul dubio fuerat in
ipſam Apollinariſis lenitatem excitat offendio,
nece immirero, cum funditus tolleret generis
noſtri veram telemprionem: id enim fan-
vit Chriſtus quod aſſumpſit. Si ergo non af-
ſumpſit mentem, quia maxime peccatur, ſed cor-
pus ſolum, quod morti obnoxium, dici certe
non potest hominum genus liberaffe a peccato,
que mors anime; ſed a couptione ſola, que
mors corporis. Hęc autem quantula eft, quam-
que exilis redemptio: Potuit igitur eam ob cauſam
videti Apollinariſis, quanquam inde hi nulla
fuit olim facta, aut injuciuſus in Chriſtum,
quem nollet redemptorem animorum fateri;
aut Pelagianis impictatis reus, qui animos ne-
garet redemptione egere, quali forent puri cul-
pae originalis, ſuſque ſibi naturę viribus ad
ſalutem adipicendam ſufficerent.

III. Quoſ tandem fuerint Apollinariſtarum
propria commentaria? Sex pīcipia mihi reperita
ſunt apud veteres auctores. Primum ſuſtento, id
eſt, naturam confuſio, cuius inventor Po-
lemeius: hic Polemianorum, ſive Synuſiatarum,
ſecte nomen dedit. Alterum, ſuſtento, ſe-
cundum, ſeu divinitatis & corporis contem-
peratio atque mixtio, cuius inventor idem:

III. Apollinariſtarum
ipſorum com-
menta.
Theodoreſ.
lib. 4. karri.
fab.

hinc ora Eutychianorum hæresis, nu-
tio porro & diſcurſus ac regim, recte sanctus Tho-
mas interpretatur informationem corporis ab
anima. Tertiū, converſio Verbi in carnem,
cum fieret homo; & rurſus carnis in Verbum,
poſt aſcenſionem, que Verbi ſuſcione, & car-
nis amboſio: ha conversiones dux aliud nihil
reipſa ſunt, quam duo, ut loquuntur, anime ſatus
in corpore mortali ſeſcet, in quo ſervit quodam-
modo corpori; & in immortali, in quo ei domi-
nat omni ex parte. Quartum, quod ex Vir-
gine Verbum non ſumpſiſſe carnem, ſed e ca-
lo attriſſet: arque ita virgo ſuſtinet dici vere

11. Unde tam
in invi-
diosum vene-
ratur nomen Apol-
linariſis.

Loco ſapientia
citata.

DE HÆRESI ET LIBRIS NESTORII. 303

non posset; immo nec *ad hanc*; nisi specie tantum; ut qua non genuisset vere hominem Verbo unum; sed transmisisset duxat velut aquam canalis. Id ego figuram excoxitatum reor ab illis Apollinaristarum; qui cum Deipara hostibus ferendis; eorumque rationibus solvendis parcs; si non sentirent; maluerunt delirando dicere; id quod est; Virginem ex calo gravidam factam fuisse; aliud nihil fuisse; quam inde copus accepisse; quod parceret. Quintum; quod caro de celo allata æterna foret; & cum Verbo simul creata. Oportet delitantes defecisse ab Apollinari ad Atium; qua parte Verbum creatum dicebant; qua vero concrecatam Verbo carnem; ad Origenem; aut saltem Origenitas; qui propter verum Deum; qui solus Pater; incorporeum nihil esse contendebant. Sextum; quod hoc ipsa caro; ut erat Verbo; perinde ac nobis nostra; confusibilis; ita nostra esset *in corporis*. Qui hoc delirium sequerantur; aperte deflecebant ad *Διάνοιαν*; nam si Christus neque animam habuit; neque carnem nostræ *ὑπάρχειν*; non fuit revera homo; sed videbatur tantum. Septimum; partibile esse secundum se divinitatem Verbi. Fuit & illa impetrata Apollinaristarum a magistro eam ob causam deficientiam a Ariano; quia non fatus erat ipsis perfusum de diffectione animæ & mentis; quam tamen Apollinaris pro principio ponet. Hac enim mentis & animæ differentia sublata; Verbum in Christo non tantum mentis locum tenere opinabantur; sed animæ quoque; cuius est dolere; eosque affecto corpore mortuus experiri; quæ *τέλος* a Græcis vocantur. Neque enim eo viisque putandum est; insaniisse homines; ut divinitatem Verbi cederent; flagellis secundum se posse credi; affigi clavis; perforari lancea; sepeliri; &c. inde procul dubio *νόσος*; Verbum nominabant; quia pati posset; perinde ac solet anima conjuncta corpori; cuius motibus propter cognitionem; &c; in loquenter; *ευαγγεῖλος* quatinus; atque etiam perturbatur.

I. Unde confer; hac commenta non esse ipsiusmet A-
polinarii.

Epist. Apoll.
ad Serapionem
t. i. anig.lett.
Henrici Can-
fi p. 111.
Ep. i. ad Dia-
nymibid.

Ibid. pag. 116.

I. Unde constat; hoc non esse Apollinarii ipsiusmet; sed discipulorum commenta? Pluribus certisque argumentis. Nam primo; Ariani ac Episcopum Corinthi episcopum scribentes; istaque omnia refellentes; epistolam Apollinarii ipse magnopere laudavit his verbis: *Epistolam domini mei (Ariana) Corinthum misam magnopere approbavimus. Eorum autem qui dicunt; carnem Deo confabstantalem; magnam insaniam dannavimus. Deinde; negat ea ipsa flagitia merito posse sibi objici. Quod autem nemo hac objicere potest; qua contra quosdam dicitur sunt; manifestum est ex iis; que semper scripsimus. Neque carnem Salvatoris e celo esse; neque carnem e uscunde substantiam esse cum Deo; quantum est caro. Denique hac eadem; pariter atque Ariananum dogma; unde fere oriuntur; quod Filius Dei creature sit; expressi verbis condemnat; non suo tantum; sed verorum quoque discipulorum nomine: Apollinarius & qui mecum sunt; hoc sentimus de Incarnatione. Carnem *εὐαγγεῖλον* nostra carni assumptam ex Maria Verbum Dei; vniuers in unionem cum divinitate; ex principio conceptionis in Virgine; atque ita factus est homo; quoniam caro & Spiritus est homo secundum Apol-
solum. Et hoc est Verbum carnem factum esse. Vni-
sum esse carni; ut humanus spiritus; vocatur enim homo similes nobis caro. Dominus autem est supra nos homo; quamobrem & celestis est; propter proprium Spiritum celestem; cui prudenter carnis*

adversabatur. Atque ita destruebatur in Christo peccatum; & dissoluta est mors ex peccato. Et nos fatti participes hujus operis; fide salvatoris; & cum simus ex patre terreno; efficiuntur similes ca-
lestis. Anathema ergitur sit; qui non dicit carnem ex Maria. & qui dicit carnem esse naturam non creata. & iuuem Deo; immo & qui dicit; divinitatem esse patibilem; & ex ipsa esse passio-
nes anima.

Admonendum lector sub finem; Pelagianos; Monitum de eis forte magna jungerentur cum Apollinaristis necessitate; sis tamen in suis fidei libellis anathema dixisse. Vide Theod. in symbolo; Ruhn. cap. 45; fidei; Pelagium in libell. num. 7. Cx-
clitum ibid. Julianum in libell. part. 3. num. 6. Causas protulimus in notis ad citatos locos; quas consuluisse; nonnullum erit opera pretium.

§. III. De Eunomio.

EUNOMII error circa trinitatem divina-
rum personarum perulgatissimus est; om-
nibusque notus; non perinde alter; qui circa incarnationem Verbi. Quis enim veterum; ea-
dem Eunomium cum Ario de Filio & Spiritu
sancto sensisse; non tradidit? Sensisse vero cum Arianiis de Verbo animæ locum tenente in Christo; qui scriperit quinto saeculo; non memini
me legere quemquam; præter Mercatorem; Theo-
doretum; & Nestorium. Illi vero tres; ut Euno-
mio semper Arianiis jungunt propter societa-
tem erroris; ita factò docent; nihil de ipsis
errore asseri posse; quod; inter agendum de
Ario; non sit occupatum: quare rem hujus ho-
minis facile absolvemus; si pauca quadam ob-
servemus.

Observandum igitur primo; Mercatorem
Eunomio focum addidisse Macedonium; quod
vel nemo veterum; vel pauci tradiderunt. Ne-
que vero mitum; hereticum alterum alteri; ve-
luti in conclusione; consenserunt; cum de prin-
cipio convenienter: ambo enim facebant Filium
Dei creatum esse mentem; ideoque aptum ad car-
nem instar anima induendam. Quo ex prin-
cipio Ariani aiebant; quod refert Epiphanius; Fi-
lium; ideo quod Patre minor sit; induisse car-
nem; sed dictum vir ille sanctus; non perinde
atque sui auctores; accepit. Afferbant enim
illi rationem; cur Filius; non item Pater; car-
nem possit; induere: Intellexit Epiphanius quasi
assererent; idcirco tripla induisse; quod Patre
minor esset; velut inde necessitas induenda car-
nis; & non possibilis orta sit Filio. Unde Spi-
ritus sancti; angelorumque exemplum argu-
mentatur; quos etiæ Ariani faterentur minores
Patrem; non tamen affererent induisse carnem.
Verum id obiter de Epiphanius loco.

Observandum deinde; Eundem discipulos ei-
isque discellisse a magistro; ut; si qua fides
Nemicio philosopho; *divinum Verbum* dicerent
cum corpore *unitum* fuisse; non substantia; sed
facultatibus *veriusque*: neque enim substantia
unita; vel inter se temperata; sed facultates
corporis facultatibus divinis esse commixtas. La-
tet me causa; fateor; que tantum delirium effe-
cerit; videor tamen mihi videre originem Mo-
nothelismi ex Eutychianismo: quod enim de
substantiis Eutychianis; de facultatibus solis
Monothelites dixerunt. Unde suspicio mihi sem-
per inhaesit; questionem de una voluntate Chri-
sti; vnaque operatione; ad menem quoque
pertinuisse; ab operatione tamen voluntatis

Eunomii er-
tores duo cum
Arianis com-
muni.

Observatio 1.
de Macedo-
nio; quem
Mercator Eu-
nomio adju-
git.

Illustratio 2.
Epiphanius lo-
cus.
Heres. 69.
num. 52.

Observatio
11. de Apollinariis Eutychianorum
paribus.
Lib. de natura
hom. e. 3. sub
fin.

nomen accepisse, quod ista foret majoris momenti, ubi de merito Christi, obedientia que ageretur. Sed tota haec disputatio alterius est loci.

Observatio 8. Et hoc tota haec disputatio alterius est loci
111. de legi- Observandum tertius, in Oriente gravissimi-
bus aduersitatis legibus in Eunomianos a Theodosio magno,
Eunomianos. jam inde ab ann. 381. quo vivebat adhuc Euno-
minus, animadversum fuisse, vt neque Ecclesias
habere in civitatibus sinecerent, neque villos
cactus agitare, neque creare sacerdotes; imo ut
perfidie pleni codices, in auctorum oculis, ju-
dicantur, vt sit lex, incendio comburerentur,
neque postmodum Eunomiani, velut antisignari
haereticorum, primi inter alios frequenter ap-
pellarentur.

Cod. Theod. de heret., l. 6. tit. 11. c. 13.
*Obiectatio
nem de Merca-
tore.*

veque postmodum Eunomiani, velut antesignani
haereticorum, primi inter alios frequenter ap-
pellarentur.

Observandum quarto, Mercatorem, ut erat ju-
ris peritissimum, in legem i.e. cod Theod. de heret.
oculos intendisse, cum erroris socios faceret
Arium, Apollinarium, Eunomium & Macedo-
nium; fecit enim ipse Imperator his verbis:
*Eunomiani, Macedoniani, Ariani, necnon
Apollinarii, inter sacra religionis officia, fa-
mosa sunt nomina, &c.*

*Illustrata lex
13. de heret.
cau. Theod.*

magis nomina, &c.

Cogitanti vero mihi, cur Imperator quatuor ista nomina sociaverit, venit hæc in memorem causa admodum, ut opinor, probabilis, quod nempe illi in vnam aliquam hæreticam contentient; nec tamen in aliam vllam, quam quod Verbum cum sua carne sit non vna tantum persona, sed etiam natura. Quod si res ita se habet, ut habere pene certum est, viderint legum studiosi, an non lex ista possit a Mercatore lucem accipere, suamque five speciem, five occasionem clarius prodere, quam hæcenus juris periti crediderint.

Observantio v.
delege 6; cod.
Theod. ex bar.

perit crediderint.

Observandum quinto, lege 63. de heret. cod.
Theod. quam Nestorii impulsu Theodosius ju-
nior, adversus omnes haereses, ad Florentium P.P.
redit ann. 428. Eunomianis interdicti omnem in-

Romano solo convenienti oratione facultatem, aliaque penas infligi, que & cum Manichaeis aliaque orbis pestibus, communes essent, & non minus habent infamiam, quam inocommodum. Quia in lege id notatum dignum, ab Arianis, Macedonianis, acque Apollinarianis, quibuscum mitius agitur, Eunomianos fejungi, cum antea conjungi solerent; accenserit vero Valentiniensis, Montanistis seu Priscillianistis, Phrygibus, Marcionistis, Borborianis, Messalianis, Euchyriis sive Euthesiaffis, Donatistis, Andianiis, Hydroparastatis, Ascodrogitis, Ptolemaianis, Paulianis, Marcellianis. & qui ad imam usque seculorum nequit iam pervenerunt, Manichei. Non quod Arianis, Macedonianique, & Apollinarianis prouia traderent, sive de Trinitate, sive de Incarnatione; sed quod invaliduerint in urbe potentissimis, obstituentisque obscuratus urbis regia antistitibus, Gregorio, Nectario, Joanni & Attico, quorum virtutes Nestorius legis auctor, non tam laudibus quam imitatione celebrare, vestigisque insistere, aut studebat, aut certe videtur avebat.

Observandum denique, verissimum esse, at Observatio
que ex hac lege constare, dictum Vincentii Li- vi. illustratur
rinensis, *Nefariorum*, ut omni sua barezi adiunum locus Ven-
tus patet, curcularia heresem blasphemias inse- tti Liricenam,
flatum esse. Verum id ea arte vir callidissimum
præstitit, ut hæreses, quarum invidia, vel ipse
adversarios, vel ipsum adversarii oneraturi fo-
rent, vehementius infestaretur, cum alius mitius
ageret, atque etiam remissius. Quamobrem ut ini-
tio legis Arianorum, Macedonianorum & Apolli-
narianorum, si in fine Photinianorum, Paulia-
norum, ac Marcellianorum mentionem fieri pro-
curavit; illorum enim societatem objecturus erat
catholicis; istorum objectum sibi, tanto præju-
dicio jam inde, declinare tentabat.

C A P U T I V

*Nestorius compositus cum hereticis antiquioribus, aliisque omnibus, quorum societas
ipsi exprobrita est a primis fidei defensoribus.*

**Argumentum
tractacionis,**

HACTENUS Nestorium audi-
mus, cum suis ipse verbis expo-
neret heretum, cui nomen de-
dit; expendimus etiam argu-
menta quibus a suis patronis de-
fensus est: quin & habuimus
quaestionem de tribus hereticis, quorum in so-
cietatem catholicos invidiose trahere nisus est.
Nunc comparandus videtur cum antiquioribus
illis, praesertim hereticis, a quibus acceptum er-
orent instaurasse dictus est, sive quo nomine
donasse.

extiterint, servato: quanquam de Pelagianis atque Leporio non pauca in antecessum scripta sunt in dissertatione septima ad priorem partem.

§. I. De gentilibus & Judais, ac Manicheo,
quorum societas, & scelerata confessionis fides
a Proculo, Cyrillo, imperatore Theodosio,
aliisque objecta est Nestorio.

Quorum con-
fessio objecta
Nestorio.

Eusebius, qui Doryläam aliquando rexit Ecclesiam, cum adhuc laicos meteter inter auditio-
tales scholasticos verbis regia, exprobavit pri-
mus omnium Neftorio confessionem cum Pau-
lo Samofateno : Mercator præterea Ebionis,
Marcellique Galatae, Photini & Bonosi hære-
fum ; Iudaïsum Proclus, atque eriam gentili-
tum ~~etiam~~ ; Cassianus Leporii atque Pelagia-
norum societatem ; Diodori denique Tar-sensi-
& Theodori Mopsuesteni ~~societas~~ Cyriillus. De
Angulis nunc agendum, ordine temporis quo

Nemo vnam, quod antea meminimus, Gentilibus & nomine christiano censitus est, qui non Iudeis accessor, qui aliquam in Christo divina humanaque natura Christum sol- rae unionem agnoverit. Quare qui nullam omnino posuerint, habiti sunt in numero genti- vunt.
vnum ac Judaeorum. Neque illi tantum, sed eti- quoque, qui ~~secundus~~ solam, repudia hypothesi- ca defenderunt: id enim est, secundum Apo- stolum, SOLVERE Iesum, atque ita fe A N. I. Iesu. 4. p. 5 TICHRISTUM prosteri, qui gentilium Judaeorumque proprius ac communis character.